

1732.

1. Abtinus, Fr. Mauricius: De eo, quod iuri est in donationibus bene-
sum immunitum sine iurisprudencia
2. Berolinensis, Gethas Christianus: Ord. iuridici ... decanus: Petri
Generali s. p. d. (ad Republikorum saltemnem Iohannii ~~Gothi~~
Appariti ~~Nicola~~
~~fuer~~ Schenckte invitatus)
3. Berolinensis, Gethas Christianus, Ord. iuridici ... decanus:
lectri Generali s. p. d. (ad Republikorum saltemnem
Iohannii ~~Gothi~~ Schenckte invitatus)
4. Berolinensis, Geth. Christianus: Ord. iuridici ... decanus:
lectri Generali s. p. d. (ad Republikorum saltemnem
Iohannii ~~Gothi~~ Willersi invitatus)
5. Berolinensis, Geth. Christianus: Dissertatio inaugularis
iuridicen, qua problema an et qualiter testamenta
mysteria ac prosecutione heretum institutiones in
feliciter valant?
6. Chardenius, Frater Georgius: De iure naturae
clerkalorum exemptorum.


7. Hesperius, Gottlob Friederici : De jure naturali seu
potius ingenii angelorum hoc est de affectis
angelorum ex eorum ingenio resultantibus.
8. Henricus, Johannes Mathias : De quantitatibus et unitatis
arithmeticae vera ratione
9. Hanno, Martinus : De mortalitate simulationis
Hellenis, Iovis Christianus
10. Kraunus, Dr. Gottfr. : De divinarum legum existentia
certitudine immutabilitate eorumque cum humanis
concessione
- 11^a, b.c. Kraunus, Dr. Gottfr. : De iurisdictione in legatos
statum cosmique comites S.R. T. Archi, Mare-
shall et hinc Vice-Marescalli in consilio couple
tent. & exempl.
12. Kraunus, Lehren Gottfridus : De arbitris judicis rescripto
(restricto!)
13. Leyserus, Augustinus : Ord. iurisdicti . . . docauer.
lectio s. v. (ad regulacionem sollemnem Antonii Friederici
Hesperijus instat.)

14. Leyserus, Augustinus: Ord. iuridici... Decanus: Lectori
s. v. (ad Disputationem sollemnem Dr. Christiani Hes-
^{15a}~~lectio iuris fact~~
15. Leyser, Augustinus: Viam regiam Lusatiae superiores
monstrat
16. Leyser, Augustinus: De jure Germanorum antiquo et
moderno circa capinas.
17. Leyser, Augustinus: De canonistis et oratores
18. Moncken, Gottfr. Ludw.: Ord. iuridici... Decanus:
lectri beneficii s. p. d. (ad Disputationem sollemnem
Dr. Christiani Klingensteinii iuris fact)
19. Moncken, Gottfr. Ludw.: De fama forensi
20. Oberarius, Christoph Ludwicus: De necessitate reuel.
Scriptis Divinis
21. Reichenbach, Michael Henr.: De sangerhusens conuen-
tione formulae Concordiae causa habito et eadem
in Schreyburgensis forris approbata

22. Schramburg, Dr. Gottfried: De autoritate legum
Germanicarum antiquarum et in illa receptarum
ex ~~antiquis~~ ratione legis et intentione legis.
Patrois 1. iudicata.
23. Schneid, Ernest Christian: De necessitate revelationis
divinae secundum priora sistens principia
24. Sturmus, Gottlieb: Dissertationem juridicam, qua
utrum i imperio Romanum cum regno Germanico
non conueniret monstratur. . . defendet
25. Sturmus, Gottlieb: Invenitatio iuridica rusticos
neque servos Romanos neque Germanicos esse
quae pertinuerunt eorum operae monstros
26. Sturmus, Gottlieb: Invenitatio iuridica praeceptiva
landenii capita sistens.
27. Vater, Christianus: De infanticii iustitiae in putati
iugis iugis Augusteis..

28. Widder, Dr. Fridericus: *De usu remediis contra
herpestem et cimiculationem* 2^o tomus.
29. Widder, Iosephus Fridericus: *De respectis*
30. Werner, Dr. Fridericus: *Deces senioriorum iuridicorum*
- IV.
31. Werner, Ioseph. Frider: *De carmuntione litis*
32. Werner, Dr. Frider: *Deces senioriorum iuridicorum*
- III.

1. Sonderdruck von Schriften des
Friedrich-Wilhelm-Verlags und
seiner Verlegerin und Herausgeberin
und anderer Gelehrten aus dem 18.
und 19. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 17. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 16. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 15. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 14. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 13. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 12. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 11. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 10. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 9. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 8. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 7. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 6. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 5. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 4. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 3. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 2. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 1. Jahrhundert und darüber hinaus
aus dem 0. Jahrhundert und darüber hinaus



1732 *28a 33*
LXVII.
DE
V SV R E M E D I I
CONTRA
A E D I F I C A N T E M
A D A E M V L A T I O N E M

PRAESIDE
IO. FRIDERICO WEIDLERO
I. V. D. MATH. P. P.
IN AVDITORIO
IVRISCONSVLTORVM
D. AVG. A. G. cIzIcc XXXII
PYBLICE DISSERET
IOANNES GVILIELMVS NEESSIVS
SEYDEN S SAXO.

VITEMBERGAE SAXONVM
IMPRESS. TYPIS I. C. GERDESIVS.

A 2 A R E M E D I I
C O N T R A
A R R E G A N T I M
A D A M A L A T I O N E M

G. H I D D R I C Q W E D I C Y
T R I P T I C U M
I N A T I C I O N I O
I V R I C O N S A L T O R Y M
D A N C A G T A M X X X X
P A R T I C U L A R I T Y
I O N I C S G A V I T E R I A S N E R S S I A S

N A T U R A L A N D R A M A T I C S
P R E R D E S I A S



DE
VSV REMEDII
CONTRA
AEDIFICANTEM
AD AEMVLATIONEM
DISSERTATIO.

PROOEMIVM.



on parui momenti res est cura aedificiorum tam publicorum quam priuatorum. Cum enim illa tum ad augendum decus ciuitatis, tum ad securitatem commoditatemque ciuium iuuandam exstruantur, legislatores pridem prouidendum putarunt, ne forte a laudatis finibus aedificantes nimium defleterent. Extant hanc in rem legum specimina in antiquissimis tabulis.

bulis. Decemuiriri, cum Roma adhuc ligneas domus haberet, interstitium pedis sefertii, siue duorum pedum & semissis inter vicinas aedes relinquvi uoluerunt (1), ut incendia tanto melius auerterentur; idemque propterea spatium legitimum ab Antonino & Vero A. A. nominatur. (2) praeterea, ne aqua pluuiia manufacti operis noceret, sanxerunt, actionemque ea ex causa dederunt. (3) Successu temporis, amplificata urbe, procuratio domuum maxime publicarum aedilibus tam plebeiis quam curulibus data, & posterioribus in primis magna auctoritas & potestas tributa fuit, (4) cuius documentum aedilitium, quod integrum digestorum titulo illustratur, edictum praebet, quin ad exemplum aedilium urbis Romae, ali in coloniis & municipiis creati, & unacum decurionibus magistratum gerere, praecipue autem de mensuris, cibariorumque omnis generis pretio iudicare iussi sunt. (5) Augustus Caesar, cum omni modo niteretur, ne quem status

(1) Teste VARRONE de Lingua Lat. Lib. IV. p. m. 1123. in Cornucopiae NIC. PEROTTI add. SEXTI POMPEII FESTI Lib. I. de uerbis. significatione v. Ambitus. col. 1193. ibid.

(2) L. 14. d. S. P. V. add. BARNAB. BRISSONII Selectarum ex iure ciuili antiquitatum Lib. I. c. 2. in appendice operis de uerbis. signif. p. 42. RITTERSHVS. Dodecadelt. CL. III. P. II. C. IV. sq.

(3) uid. CICERONIS Topica cap. IX. add. I. 1. d. aqu. & aqua pluui. & lex Solonis 13. fin. regundor.

(4) CICERO de Lit. Lib. III. c. 3. & §. 7. I. D. I. N. G. & C. ubi aedilium curulium edita de quibusdam causis proposita iuris honorarii portio uocantur.

(5) v. ANDR. ALCIATI Comment. ad L. s. D. V. O. Tom. II. Oper. p. 383. & EVERHARDI OTTONIS V. C. liber singularis de aedilibus coloniarum & municipiorum. sigillatim Cap. IX. de aedilibus curatoribus ciuitatum, & c. XIII. de iurisdictione & potestate aedilium.

PROOEMIVM.

5

status noui poeniteret, id in primis sibi agendum duxit, ut urbem neque pro maiestate imperii ornatam, inundationibus incendiisque obnoxiam magis excoleret, tamque in posterum praestaret, ideoque etiam modum aedificiis priuatorum posuit, & quo facilius hoc suum institutum patribus persuaderet, idem non a se primo animaduersum, sed antiquis iam tum curae fuisse ostendit, recitata in senatu ueteris cuiusdam scriptoris Rutilii oratione, quam de modo aedificiorum reliquerat. (6) Ceterum quam solliciti fuerint romani, ut oriundae circa aedificia lites rite dirimerentur, plura quae supersunt in legibus eorundem capita, de seruitutibus, de aedificiis publicis priuatisque, satis luculenter testantur. (7) Sed quia infinita in humanis negotiis uarietas inest, quam legibus singulatim assequi minime licet, (8) hinc euenit, ut quando disertis earum verbis controversiae decisae non sunt, similium sanctionum argumentis uti non modo liceat, sed etiam oporteat. CELSO enim iudice, (9) scire leges non hoc est uerba earum tenere,

A 3

nere,

(6) v. SVETONII V. Aug. c. XXIX. XXIX. LXXXIX. legem ipsam commenmorat STRABO. Geogr. L. V. p. 162. ed. Caſaub. quod nempe Augustus edixerit, ne nouum ullum aedificium ad uiam publicam factum, ultra LXX. pedes atolleretur. VITRUVIUS Archit. Lib. II. c. X. p. 59. meminit legum publicarum, quae non patinatur in urbe roma maiores mirorum crassitudines quam sesquipedales constitui loco communii. alias antiquas aedium leges laudat PLINIVS H.N. L. XXXVI. cap. 23. add. BRISSONIVS d. Formulis. Lib. VI. p. 518. 519.

(7) conf. tit. D. d. S. P. V. & C. d. ferrit. & aqua tit. D. & C. d. oper. nou. nunciat. D. d. damno inf. ne quid in loco publ. it. d. oper. publ. & d. tigno iunct. itera tit. C. d. aedificiis priuatis. adde si quae de iuribus architectorum collegit praefes in disert. d. Iurib. mathematicorum cap. VI.

(8) I. 10. & 12. d. Legib.

(9) I. 17. eod. I. 13. ib. & I. 19. ad exhib.

nere, sed uim & potestatem. Quapropter praestantissimi iuris interpretes data opera explicarunt, ubi & quomodo, quaque adhibita cautione, legum rationibus niti conueniat, quo nomine p[re] ceteris NICOLAI EVERHARDI & AVGVSTINI BARBOSAE diligentia commendationem promeretur. (10) Itaque quando in causis ad aedificia spectantibus difficultates eiusmodi enascuntur, quae legum uerbis tolli nequeunt, nullum est dubium, etiam illas ex legum mente & interpretatione diiudicari & desiniri posse. Atque adeo, quamuis in legum romanarum systemate actio aduersus aedificantem ad aemulationem! nusquam laudetur, tamen cum res ipsa & fundamentum eius ibidem non obscure tradatur, non uidetur protinus deferenda tot grauissimorum iurisprudentum sententia, qui peculiare contra huiusmodi malitiam remedium in forum recipiendum esse iampridem censuerunt, interim cum a percelebri quodam iurisconsulto illius existentia omnino negata fuerit, conabor hac scriptione ostendere, idem, modo nimiae, quas uocant, interpretum ampliationes uentur, non prorsus spernendis rationibus confirmari, neque illis a negantis sententiae patrono undiquaque satisfactum esse.

I

(10) Euerhardi extant loci argumentorum legales. Barboſa hoc caput copioſe illuſtrat in theſauro locor. commun. iurisprudentiae Lib. I. c. CXXII.

I

Aemulatio sinistro sensu accepta denotat inuidiam & inde consequens odium, quo quis adductus alteri nocere eiusdemque commoda imminuerre studet. Speciatim aedificatio ad aemulationem dicitur, quando aedificans, qui nullam utilitatem ex novo opere suo percipere uel sperare potest, tamen eodem damnum uicino inferre haud ueretur. Hanc definitionem calculo suo approbat ANDREAS ALCIATVS in libro de praesumptionibus, regul. III. praef. XXIII. p. 848. Tom. IV. oper. Nonnulli interpres eidem notioni addi cupiunt, aemulationem quoque tum praesumti, si aedificans utilitatem quidem percipiat, sed exiguum, uel si voluptatis causa, ut in domum uel aream uicinam liberiorem sibi prospectum paret, aedificium attollere uideatur. v. LVDOV. MOLINA de Iust. & Iur. Tract. II. Disput. 709. §. 7. BARTHOL. CAEPOLLA de Seruit. P. V. cap. LXII. §. 2. num. 3. ANDR. GAILIVS Obs. LXIX. Lib. II.

II

Quemadmodum autem facile largior, posteriores scriptorum quorundam accessiones, uix apte legum uel deriuatarum ex illis rationum auctoritate defendi, tamen de eiusmodi aemulatione, qualem modo descripsi, nullus dubito, eam iuri tum diuino naturali, tum humano quoque & ciuili repugnare. Et ut a iure universalis naturae initium capiamus, constat, eodem omnem proteruam laesionem, qua societatis humanae

uin-

uinculum dissoluitur, disertissime uetari damnarique, utpote, quae uoluntati diuinae prorsus contrariatur, & uitam hominum, iam tum uariis calamitatibus obseptam, magis adhuc miseram, infelicissimamque reddit. Quare cum homo cupidus sit status melioris, quem tanquam finem natura proposuit, fas est illi, obstacula perfectionum, quanto potest maximo studio, amoliri, mediaque, quae eodem ducunt, adhibere. Hinc facultas oritur, prohibendi cauendique laesionem, damnique per malitiam dati reparationem postulandi, quam ius perfedum uulgo solent nominare. Attamen laesio non est quaeuis utilitatis deminutio, quam ab altero quis patitur, sed requiritur, ut qui damno alium afficit, habuerit animum idem inferendi, adeoque ut sciens uolensque positos a supremo legislatore fines pervertere nitatur. quo facto, iure ab eodem contenditur, ut destinatam laesionem intermittat, uel damnum, quod iam fecit, resarciat. Porro certum & extra disceptationem collocatum est, hominem, qui mentis usum habet, nihil agere praeter omnem omnino rationem, sed semper uel utilitate uel iucunditate & uoluptate aliqua, quam desideret & appetat, moueri. Itaque si quis in aedificium sumitus eroget, cuius nullus aliis usus esse potest, praeterquam ut noceat, nemo erit, qui non inde colligendum esse putet, aedificantem tantum damnum intendisse, & ut inde oblectationem capiat, iniquum & noxiun vicino opus erexit, eumque pro tali merito haberi, qui sciens uolensque alterius utilitatem minuit & interuertit.

III

III

Haec iuris innati praecepta sanctiones ciuiles passim luculente confirmant, ex quibus praecipuas nunc feligemus. Huc nimirum pertinet Nouella LXIII. quae de noui operis nunciatione maritimi conspectus concepta est. Mandauerat Justinianus, ne quis in regia urbe constantinopoli, ultra centum pedes alteri maris aspectum, rem omnium, gratissimam, prohibere posset. Cuius constitutionis auctoritatem ut quidam eluderet, ultra centum pedum mensuram murum praealtum ac dificauit, & tanquam aliquod uelum tetendit, idque sibi licere putauit. Postea cum ita alteri conspectum maris eripuisset, intra spatium centum pedum aedes posuit, ratus alterum, qui ob muri altitudinem adspicere maris libero amplius non fruebatur, tale opus non posse prohibere, ipse uero murum deinceps depositus, ut maris aspectu oculos pasceret. Huic imperator malitiae occurrit, denuoque edicit, ut contra latam legem praeuaricantes, poena decem librarum auri, arcae theatrai praefecti urbi inferendarum coercentur, & generalem addit regulam Cap.I. *non esse ludendum aedificando, sed aedes necessarias faciendas, nec ad uicini laesionem machinationem inutilem suscipiendam esse.* atque ita in uniuersum uetat fraudem, qua quis absque propriae utilitatis augmento, alterius commodis inuidiose detrahit. His suffragatur CELSVS l. 38. d. R. V. ubi narrat casum, quo quis fundum, quem imprudens emerat, euictum domino reddere cogitur, ita tamen, ut hic restituat impensam, usque eo, quo pretiosior factus est fundus, vel ut paratus sit dominus tantum dare, quantum habiturus

B

est

est possessor, rebus, quas adiecerat fundo, ablatis. Sed possessor, cum picturas tectorio inducas tollere non posset, nec sumptus, quos in eas fecerat, se recepturum speraret, *picturas corradebat, nihil laturus, nisi ut officeret,* quare censem iureconsultus, *tali malitia non esse indulgendum, adeoque domino ius largitur, eam impediendi, uel si iam facta esset, danni improbe dati reparacionem postulandi.* add. *l. 3. d. I. & I.* Porro ad hanc argumentorum classem referri meretur iudicium MARCELLI *l. 1. §. 12. d. aqu. & aqu. pluu. arc.* Deinde, ait, *cum eo, qui in suo fodiens, uicini fontem auerit, nihil posse agi, nec de dolo actionem, & sane non debet babere, si non animo uicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi id fecit.* Vnde sponte sequitur, quod contra eum qui in suo fontem fodit, non ut agrum suum meliorem efficiat, sed ut uicino noceat, actio omnino sit permittenda. Alio loco similiter imperator improbitatem eius, qui nocet, dum ipse nihil lucratur, describit & corrigit *l. 3. C. per.* *quas perf. nob. acqu.* cum enim seruus communis ab uno ex dominis iuberetur ab aliquo decem aureos stipulari, isque stipulationem iniens, non iubentis, sed alius domini sui, cui plus fauebat, fecisset mentionem, & ita domino mandanti emolumenntum speratum pessimo ausu eripere conatus esset, et si interim nullum inde lucrum captaret, Caesar hunc dolum emendat, & id quod seruus stipulatus erat, domino iubenti addicit.

IV

Praeterea suppetit exemplum, quo diserte prava aedificationum aemulatio legibus romanis damnatur. Ita enim MACER *l. 3. pr. d. oper. publ. opus nouum priuato et iam*

iam sine principis auctoritate facere licet, praeterquam si ad aemulationem alterius ciuitatis pertinet, uel materiam seditionis praebeat, uel circum, rheatum, uel amphitheatrum sit. Postrema huius legis uerba mendosa sunt. nonnulli legere malunt, circus, theatrum, &c. Sed forsitan circum pro circa potest accipi, ut mens sit, permisum quidem esse priuato, opus nouum & publicum, in utilitatem & decus ciuitatis facere, sine principis consensu, modo loco idoneo idem erexerit, ubi spatiu[m] aedificio opportune collocando sufficit, at prope theatrum uel amphitheatrum, quae illustri urbis loco, ad quem liber undiquaque accessus patebat, solebant constitui, fas non esse quidpiam facere, quod splendorem eiusmodi operum publicorum minuat, uel usum eorum minus commodum efficiat. conf. architectonica theatri descriptio relicta a VITRUVIO Lib. V. c. III. Tantum itaque abest, ut cum BRVNNEMANNO credam, Romae prohibitus fuisse priuatis, circos, theatra, & amphitheatra exstruere, singularisque munificentiae documentum, etiam absque principis consensu, quod in aliis operibus publicis permisum erat, edere, ut potius existimem, non potuisse non eiusmodi sumtuosissimorum operum conditorem apud ciues suos magnam gratiam inire, siquidem neminem latet, quanti Graeci Romanique theatrales & circenses ludos fecerint, quantisque impensis circos & theatra publica, quorum hodie num in Italia rudera supersunt, erexerint & exornauerint. quod argumentum copiose pertractant ALEXANDER AB ALEXANDRO genialium dier. Lib. IV. c. XXV. Lib. V. c. XVI. ONVPHRIVS PANVINIUS de ludis circensisibus, IVLIVS CAESAR BULLENGERVVS de circo romano, amphitheatro & theatro, & IUSTVS LIPSIUS in

libro singulari de amphitheatro. ultima tria opera Thefauro antiquitatum romanarum Tomo IX. inseruit Io. G E. GRAEVIVS. Quod uero ad rem ipsam attinet, ex legis laudatae uerbis liquet, quod non aemulatio uel imitatio pulchritudinis operum publicorum alterius ciuitatis prohibeat, quippe quae in laude potius ponenda est, & in honorem urbis, cuius pulchra opera alios in admirationem rapiunt, & ad imitationem inuitant, uergit; quin potius uertatur aemulatio uitiosa & inepta, quae nullum aliud usum habet, quam ut indignationem exterorum moueat, quando uident, alibi absque necessitate sumtuosissima opera publica saltem ex inuidia fieri, & pecuniam inutiliter profundi & dissipari, quam inconsiderantiam & temeritatem si aequo animo ferrent & permetterent principes, seipso quoque sinistro exterorum iudicio exponerent. Quare legibus caudum Romani censuerunt, ne opera publica, quibus inuidia uicinorum posset prouocari, erigerentur, adeoque ne quis re sua male uteretur, quod reipublicae expedire & ratio recta dictitat, & imperator diligenter inculcat. §. 2. I- de bis qui sui uel al. iur. sunt. Inde ulterius consequitur, quod si aemulatio in operibus publicis quorum tamen ob decus ciuitatis maximus fauor est, legibus prohibeat, multo magis his aduersa sint existimanda aedificia priuata, quae ad nocendum aliis, sine utilitatis ratione, (nam in eo utriusque generis opera conuenire ex ante dictis elucet,) praeparantur. Ceterum de huiusmodi argumentatione a maiore ad minus, & eius usu in iurisprudentia legatur A. FABRI Codex Lib. VIII. T. 30. def. 51.

V

V

Nonnulli ad ea, quae in medium protuli legum argumenta etiam illud adiiciunt, quod ex I. i. §. 6.
ne quid in flum. publ. derivari posse arbitrantur. Ibi VI-
pianus statuit, interdictum hoc utiliter etiam aduersus
eum valere, qui ripam munit cum incommode acco-
lentium, et si id faciat fundi sui tuendi causa, quia uti
alias ciuiliter utendum est seruitute, & cum tempera-
mento, ne aliis nimis molesti simus, *I. g. d. seruit.* ita et-
iam iure ripam commodi sui muniendi gratia nemo de-
beat cum aliorum damno abuti. Sed longius haec ra-
tio petita uidetur, nec plane similis est eius, ob quam
prohibetur aedificatio ad aemulationem. Euidens enim
est utilitas aggeris ad cohibendum fluminis impetum
coagmentati, ad tuendos agros, qui eidem adiacent,
cum aliter multo sepe res habeat circa aedificium ad ae-
mulationem, quippe quod inutile auctori suo & tantum
damnosum vicino existit, adeoque ibi indicium animi
nocendi euaneat. Potest etiam aliquis aggerem for-
tiorem longioremque bona fide construere, quia ob-
scurum incertumque est, quo usque absque singulari
accolementum incommode eum porrigereliceat. Neque
huc pertinere arbitror *I. Proculus 26. d. damn. inf.* Pro-
culus, ait, cum quis iure quid in suo faceret, quamuis
promisisset damni infecti vicino, non tamen eum teneri
ea stipulatione. Veluti si iuxta mea aedificia habeas ae-
dificia, eaque iure tuo altius tollas, aut si in vicino tuo
agro, cuniculo vel fossa aquam meam auoces. Quam-
uis enim & hic mihi aquam abducas, & illuc luminibus
officias, tamen ex ea stipulatione actionem mihi non

B 3

com-

competere, scilicet, quia non debet uideri is damnum facere, qui eo ueluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur, multumque interesset, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. conf. KLOCK d. contribut. cap. XII. n. 138. His enim verbis Proculus tantum firmat regulam, quod nemo dolo uideatur facere, qui suo iure uititur, et si inde incommodum uel damnum sentiat uicinus. quam paulo ante Vlpianus l. 24. §. ult. ib. inculcauerat, quaeque alibi saepius legitur. l. 55. 151. d. R. I. Si quis autem inde colligat, quod tantum permisum sit utile aedificium fabricare, quod luminibus uicini officiat, & quod ob contrarium rationem opus inutile in eundem finem ponere prohibeatur, puto hunc concludendi modum ista lege perspicue non contineri.

VI

Ceterum, cum reliquis quas laudaui legibus aedificatione ad aemulationem partium clare diserteque, partim ducis ex iisdem evidentibus argumentis, prohibetur, nullum amplius est dubium, dari actionem uel remedium ad coercendam aedificantium aemulationem idoneum. Nam quotiescumque obligatio lege introducta est, nec cautum ea lege, quo genere actionis experiamur, lege agendum, siue conditione ex lege entendum esse, docet Paulus l. un. d. condit. ex L. Itaque qui aedificatione in temere susceptam impedire, uel operis iniqui iam absoluti demolitionem petere cupit, conditione uel denunciatione aemulationis noxiae apud iudicem utrumque scopum iure consequetur. §. 5. l. d. action.

VII

VII

Enimvero aliud & multo opportunius promptiusque auxilium contra eandem fraudem suppetit. Si quidem non praeter rationem iurisconsulti docent, noui operis nuntiationem etiam aduersus aemulatorem ualere, cuius sententiae rationes breuiter explicare conabor. Scilicet constat, operis noui nuntiationem remedium esse prorsus singulare, cui, quantum quidem ad prohibitionis extra iudicium factae effectum attinet, nullum aliud in tota iurisprudentia assimilatur. (*) Cum enim saepe evenisset, ut iniqua opera magno uincinorum damno exstruerentur, ne laesus aliarum actionum longis ambagibus implicaretur, edixit praetor, ut is, modo ius in re, cui nouo opere nocetur, haberet, l. i. §. 19. b. l. un. §. 3. d. remiss. illius exstructionem, siue iure siue iniuria fieret, priuatim coram testibus, in re tamen praesenti, siue in ipso opere, l. 5. §. 4. b. prohibere & impedire posset. l. i. pr. b. Nec tum fas erat aedificanti coeptum aedificium continuare, nisi uel aliter inter partes conuenisset, l. i. §. 10. b. uel satisatio praestita fuisset, uel suscepta causae cognitione patesceret, alterum nullum prohibendi ius habere. l. 8. §. 4. l. 20. §. 1. b. quo perspecto remissio publica auctoritate praetoris sequebatur. l. i. pr. b. quod si iuste facta esset prohibitio, praetor statim interdicebat, ut pristina aedificii facies restitueretur, & iniquum opus sine mora tolleretur. Nimirum, ad exemplum remediorum possessiorum l. i. C.

si per

(*) de differentia n. o. n. ab appellatione differit ALCIATVS comment. ad l. I. b. t. n. 8. p. 1282. Tom. I. oper.

si per uim uel al. m. absentis turb. sit poss. celeriter hic omnia expediebantur, ne uel fraudibus aedificantium uicini circumuenirentur, uel aedificantes, suo utentes iure, suspenso diutius negotio, insigne damnum patarentur. *I. 5. §. 4. b.* ob eandem rationem, si nuntiationi non paruissest aedificans, uel si in alterius aream aliquid immittere uel proiicere auderet, alteri manu uel iactu lapilli, opus nouum prohibere permittebatur. *I. 5. §. 10. b.* Ictus autem uel iactus lapilli olim quidem inter romanos, ad imitationem uis festucariae quae in vindicatione imaginaria adhibebatur, receptus fuisse uidetur v. GEL-LIVS N. A. L. XX. c. IX. conf. *I. 1. §. 6. I. 20. §. 1.* *quod ui aut clam.* attamen quia praeterea etiam prohibitionis manu factae mentio fit, forsan non inepte iudicant, qui uim, uel disiectionem materiei ad aedificandum congregatae una permisssam legibus arbitrantur. v. BRVNNE-MANN ad d. L. 5. num. 10. manus enim uim licitam significat, quae fit iuris tuendi causa. *I. 20. quod ui aut. clam.* *I. 50. d. A. R. D. I. 1. ui.* add. DVARENⁱ Comment. ad §. meiminisse. d. L. 5. p. 595. SCHILTER Exercit. XLII. §. 16. Talia priuatae nuntiationi priuilegia iure honorario tribuuntur. Sed praeterea licebat ipsum praetorem adire, eumque implorare, ut pro auctoritate, qua pollebat, inique aedificantem sine mora prohiberet. *I. 5. §. 10. b.* nec deerat praetor auxilio pronto paratoque, modo nuncians de calunnia iurasset. *I. 5. §. 14. b.* Ex quibus omnibus satis elucet, quod permultum praefest, operis noui nuntiatione ius suum tueri, quam in condicione ex lege spem unice repositam habere. Vtrum autem illud remedium ad prohibendam temerariam aedificationem applicari queat, ambiguum reddi uidetur definitione SEXTI PEDII, quae *I. 5. §. 9. b.* legitur. Triplicem enim

enim ille tantum operis noui nuntiationis causam esse docuit, naturalem, publicam, & imposititiam. Naturalem, cum in nostras aedes quid immittitur, aut aedificatur in nostro. publicam, quoties leges, senatus consulta, constitutionesque principium per O. N. N. tuemur, imposititiam denique, cum quis, postquam ius suum diminuit, alterius auxit, hoc est, postquam seruitutem aedibus suis imposuit, contra seruitutem fecit. quam sententiam Vlpianus calculo suo approbavit. Cum itaque aedificium ad aemulationem, nondum aequisita seruitute, in aedificantis solo ponи queat, statuendum foret, illius absolutionem noui operis nuntiatione non posse impediri. At enim uero tolletur hic scrupulus, si modo legum mentem attentius inspiciamus. Illud in confessis est, praetorem cum expendisset, interesse reipublicae, ut lites, quae circa aedificia frequentius oboriuntur, maturius & sine circuitu exutiantur & dirimantur, generale hoc remedium aduersus omnes aedificantium iniurias proponere voluisse, siquidem ad cauendam, quae in eiusmodi caulis saepenumero tentari solet, circumductionem, iussit, ut siue iure siue iniuria opus fieret, idem per nuntiationem inhiberetur, quemadmodum Vlpianus in limine saepe laudati tituli testatur. Negari ergo minime potest, multo magis eum, qui ius habet damnosum aedificium impediendi, ad hoc remedium se recipere, eodemque illud saltem lucrari posse, uti interim cessare oporteat eiusmodi operis machinatorem. Postea ubi nuncians praetori ius, quod legum praesidio est consecutus, comprobauit, non potest illo inuito remissio a praetore fieri, sed debet hic interdicto suo nuntianti opem ferre. nam ut habet l. un. pr. d. remiss. ait praetor, quod ius sit illi prohibere ne se inuito fiat,

C

in

in eo nuntiatio teneat. Clarius haec explicat Vlpianus l. i. §. 17. d. t. nunciamus, ait, quia ius aliquod prohibendi habemus. uel ut damni infecti caueatur, nobis ab eo, qui forte in publico uel in priuato quid molitur, aut si quid contra leges edictu[m] principum, quae ad modum aedificiorum facta sunt, fieri. itaque cum iam constet, leges opus ad aemulationem ponendum prohibuisse, non amplius dubium est, quin, is cui contra fas nocetur, operis novi nunciatione iuuari queat. qua ratione ad publicam, quam Pedius, laudat causam actionis eo casu pertineret. Deinde potest etiam nuntiatio aedificanti ad aemulationem facta referri ad tertiam speciem, nempe imposititiam, si sequamur argumentandi rationem a Labeone & Vlpiano subministratam. l. i. §. 23. d. aqu. & aqu. pluu. arc. Notum enim est, o. n. n. tantum permitti aduersus opera imperfetta, uel nondum facta, quia ad tuendam iuris possessionem spectat, sed si opus iam perfectum fuerit, transeundum est ad interdictum, quod si autem clam factum erit, ut restituatur. l. i. §. 1. b. idem autem interdictum utile datur eo quoque casu, quo servitus constituta non est, modo diu quis usus fuerit quasi servitute. ita enim d. §. 23. Vlpianus loquitur: *sane enim & in servitutibus hoc idem sequimur, ut ubi servitus non inuenitur imposta, qui diu usus est servitute, neque si, neque precario, neque clam, habuisse longa confuetudine uel ex iure imposta servitutem videatur, eritque ista quasi servitus, in quam rem utilim actionem habemus uel interdictum.* conf. l. i. C. d. *seruit. & aqua.* Patet hanc legem non pertinere ad servitutem, quae praescriptione acquisita est, ad quam ius civile, titulo deficiente, tempus immemoriale requirit, l. 3. §. 4. d. aqu. corr. id. & aestiu. sed sola sufficere dicitur possessio

possessio diurna decem minimum annis, uti alibi Vlpianus explicat, l. 16. §. 3. qui & a quib. manum. lib. n. f. continuata. Quapropter is, cuius lumina iniquo opere obscurantur, si hoc iure tot annis, post factam prohibitionem, cui vicinus acquieuit, gauisus fuisset, tum utili actione & interdicto experiri, tum n. o. n. uti posset. Sed postquam generalem usum ultimi remedii antea ostendimus, non opus est, ut ad quasi seruitutem confugiamus.

VIII

Porro dilputant interpres, utrum remedium aduersus aedificantem ex aemulatione conueniat cum actio de dolo. Id affirmavit pridem SINIBALDVS FLISCVS, qui postea ad praefulatum Romae euectus, Innocentii IV. nomen assumit, in commentario ad I. fuminum. §. f. d. *damno infecto*. conf. Caecollae Tract. d. S. P. V. c. XXXIX. n. 2. p. 180. Dolus enim est machinatio omnis alterius decipiendi causa facta, cum aliud simulatur, aliud agitur, sive est quaevis calliditas ad fallendum alterum adhibita, l. 1. §. 2. d. *dolo malo*. postquam igitur dolus, quem perspicuis ex indiciis probare oportet, l. 6. C. d. *dole malo*, ex eiusmodi operis iniqui molimine, suffragante lege naturali & ciuili, perspectus est, uidetur aduersus eum, qui dolo suo nocuit, actio doli arbitaria, & rei persecutoria ad laesionem corrigendam ualere. l. 18. b. imprimis ob argumentum l. 1. §. 12. d. *aqua*. & *aqua pluvia*, cuius supra memini, siquidem Marcellus censet, de dolo agi posse, si quis in suo fontem fodiat, animo vicino nocendi, non ad utilitatem agri sui amplificandam

C 2

Atta-

Attamen cum constiterit actionem de dolo malo proprietatem dictam remedium iuris honorarii extraordinarium & famosum esse, quod tum demum in subsidium vocari debet, quando alia actio ordinaria & mitior prodita non est, *i.e.* §. 1. & 4. §. 1. 7. §. 14. b. ex iis autem, quae hactenus tradidi, eluceat, tum conditionem ex lege, tum, quando damnum ex iniquo aedificio adhuc imminet, noua operis nunciationem, uel damno iam dato, & opere absoluto, interdictum quod uia aut clam, usum suum habere posse, non video, quomodo sine pugna cum placitis, quae hactenus defendi, remedium aduersus temere aedificantem cum actione doli possit commutari. Nisi forte hic accommodetur *actio in factum*, actioni dolii cognata, uerbisque tantum temperata, *i.e.* *ii. §. 1. b.* quae secundum simplicitatem iuris gentium ob quamlibet ex proposito illatam laesionem competit, de qua uere dici potest, quod CICERO de actione doli habet, eam esse euerriculum omnium militiarum, d. nat. Deor. Lib. III. c. XXX. Conf. STRVVI S. I. C. Exerc. VIII. th. 36. STRYK. Vf. Mod. h. t. §. 2. add. historia doctrinae iuris civilis de dolo malo, a GUNDLINGIO, ad h. t. digesta.

IX

Ceterum non omittendae hoc loco sunt leges speciales quarundam ciuitatum, quibus aedificatio ad accumulationem disertius prohibetur. STRYKIVS in usu moderno D. ad Tit. d. S. P. V. §. 23. excerpta ex statutis Vlmenibus uerba sequentia profert: *Es soll fürnehmlich für einen Neidbau erkandi und gehalten werden, wenn einer aus solchem seinem Bau einen schlechten Nutzen, sein Nachbar*

Nachbar aber dagegen an Luft und Licht einen grossen Schaden hat. LVDOVICVS MOLINA de Iustit. & Iure, Disput. 709. Tract. II. §. 3. commemorat, legibus regni Hispaniae Lib. XXV. tit. XXXII. Part. III. sic de ea re cautum esse : *Puedo la alfar, quanto se guisiere, guardandose toda via, que non descubra mucho las casas de sus vecinos.* i. e. posse quem attollere quidem aedes proprias, sed ita, ne nimis apertum sibi paret in vicinas aedes prospectum. Similia uerba leguntur in Iure Lusitano. Lib. I. Tit. XLIX. §. 26. Sed posterior sanctio forsitan suspiciose tantum Hispanorum & Lusitanorum ingenii attemperata est, alibi uix usum habitura. Dissident sane mores hodierni Anglorum, Gallorum aliorumque populorum; nam in urbibus, in quibus ob incolarum frequentiam, plures aedibus contignationes imponere oportuit, Londini praesertim & Parisiis, creberrime podia pensilia, liberiori aeri hauriendo, linteisque sicandis maxime idonea, in summa aedium parte collocata cernuntur, ex quibus prospectus in vicinas domos non potest non patere. Quin iam olim romae, priuatarum aedium fastigio podia fuisse adiecta, testis est VITRVVIVS, qui eorum formandorum rationem docet, Archit. Lib. III. c. III. agit etiam de iisdem LIPSIVS L. d. Amphitheatro cap. XI. Denique quoda nostra quoque aemulationis definitione eiusmodi sanctio recedat palam est, nec uberiore demonstratione opus habet.

X

Postquam igitur de aemulatione generatim dictum, & quando contra illam se suaque res defendere, qui-

C 3

bus-

busque remediis eum in finem uti conueniat, explicatum est, restat, ut dubitationes, contra hanc doctrinam a iurisperitissimis uiris propositas, nonnihil consideremus & expendamus. LUDOVICVS MOLINA l. c. §. 7. hac de re sequentem in modum differit. „ Quamuis, ait, stando in solo iure naturali, quando debita non est seruitus in contrarium, cuiuus integrum sit, se attollere in altum in suo solo, quantum uoluerit, & aperire in suo fenestras, quas uoluerit, etiam si praeiudicium inde uicinis sequatur, ut dictum est, quod sane uerum est, stando in solo iure naturali, etiam si in uicini odium id efficiat, ad effectum, ut contra iusticiam non peccet, qui id in odium fecerit, sed solum contra charitatem, quia iure suo utitur, ac proinde ad effectum, ut stando in solo iure naturali, prohiberi non possit: iure tamen ciuili in commune bonum est statutum, ut si id & similia alia efficiat, non in suum commodum & utilitatem, sed ad aemulationem, atque ut praeiudicium uicino afferat, tunc antequam fiat, impediatur ea destruere, postquam fuerint facta. „ Sed hunc scrupulum iam supra §. 2. a me sublatum esse arbitror. Perspicue enim ostendi, aemulatorum, dolo & animo nocendi patefacto, alterius ius perfectum imminuere, & huic propterea facultatem competere iure naturali se & suas res aduersus illius iniuidiam & iniquitatem tuendi.

XI

Multo autem latius aduersus aemulationis prohibitionem ante annos aliquot disputauit iureconsultus inclitus, edita dissertatione sub titulo: *Non ens actionis forensis contra aedificantem ad aemulationem, in qua*

qua id data opera agit, ut euincat, nusquam eiusmodi actionem, salua iuris analogia locum habere, neque etiam legis civilis auctoritate introduci posse. Sequar igitur filium illius commentationis, & argumenta quibus eiusdem auctor usus fuit, excutiam, solutionesque dubiorum succinas dabo. In principio quidem §. 1. remedium aduersus aedificantem ex aemulatione, uocatur communis pragmaticorum traditio, tum §. 3. definitio aemulationis generalis profertur, quod nempe illa ad aedificationem relata, denotet exstructionem aedificii cum alterius damno. hinc classes eiusdem quatuor constituantur. prima, si alteri aedificio noceatur, qui ius seruitutis habet, §. 4. secunda, si aedificans quidem ex opere suo utilitatem aliquam speret, sed coniunctam cum alterius damno praefumto. §. 4. tertia, si nullam aedificanti opus praebeat utilitatem, sed tantum noceat vicino. §. 7. denique quarta, si aedificans ex aedificio quaerat voluptatem, quae quidem vicino damnum nullum, sed salem incommodum affert. §. 9. Quod ad tria haec momenta attinet, uariae me mouent rationes, quo minus cum V. C. sentiam. Non ausim enim remedium aliquod uocare traditionem pragmati-
corum, cuius fundamenta tam solida in legibus occur-
runt. Deinde uereor, ut definitio generalis quae lau-
datur, menti interpretum, quorum placita confutantur,
conformis sit. omnes, quotquot euolui, ita aedificio
ad aemulationem damnum vicino dari supponunt, ut
aedificans inde nullam (addunt aliqui, uel exiguum) uti-
litas capiat. Hoc sensu uerbum aemulationis acci-
piunt ALCIATVS, CAEPOLLA, MOLINA & GAILIVS
locis supra citatis, nec non MENOCHIVS d. arbitrar.
iud. quaest. Lib. II. cent. II. cas. 156. n. 9. DVARENVS

Com-

Commentar. ad l. 9. d. S. P.V. oper. p. 192. FABER Cod. L. III. T. 24. def. 5. BARBOSA Thes. Jur. Lib. I. c. 61. §. 5. & plures ibi laudati. item STRVVIUS Exerc. XXXIX. §. 8. MEVIVS ad l. Lubec. Part. III. Tit. XII. art. 7. n. 31. BRVNNEMANN ad L. 9. d. S. P.V. omitto alios. neque opus est cumulare testimonia, siquidem in dissertatione laudata §. 17. docetur, *a iureconsultis pro indelebili aedificationis ad aemulationem nota haberis*, ut aedificans nullam inde seniat utilitatem. quae uerba quomodo cum definitione praemissâ conciliari possint, non appetet. Et res ipsa loquitur, aduersus pragmaticos sic esse disputandum, ut notio aemulationis prout illis placuit, retineatur. Author tantum paucos hoc sensu aemulationem dixisse monet, §. IV. neminem tamen nominatim laudat, & denique §. XI. cogitur angustioribus limitibus definitionem suam circumscribere, ut tres duntaxat posteriores classes relinquantur.

XII

Posthaec §. XII. sq. circa classium, quae supersunt, trium examen contendit, quod quando alter in suo aedificat, etiamsi id animo uicinum aemulandi faciat, nec uicinus ius seruitutis, aut aliud simile, habet, tum 1) secundum principia rectae rationis, tum 2) secundum doctrinam iuris romani, tum 3) secundum regulas prudentiae, nulla uicino aduersus aemulatorem actionem competere possit. quod ut manifestum reddat, argumenta quaedam generalia profert. Scilicet negat secundum ius romanum aduersus aedificantem actionem ullam dari, 1) quia res est aedificantis, &, nulla in eam seruitute acquisita, cessant actiones reales, 2) quia nec per-

personalis actio ex contractu uel delicto oriunda suppetit. Siquidem nullus contractus praecessit, nec delictum furti, rapinae, iniuriae, uel damni iniuria dati commissum est. His respondeo, (1) denuo recedi a definitione aemulationis, quam iurisconsulti praeципuae auctoritatis probant. Non enim sufficit, ut quis in suo aedificiet cum alterius damno, sed ut id faciat, tantum ut alteri noceat, sine propriae utilitatis augmento. siue ut unicus actionis & impensae scopus sit, inanis oblectatio, quae ex detimento uicini capiatur. Deinde (2) posset etiam utilis actio realis, ex quasi seruitute deriuata, defendi, argumento l.i. §.23.d. aqu. & aqu. pluu. cuius supra memini, §.VII. Sed nolo tamen rationem hanc pertinaciter urgere. inprimis cum (3) lex ipsa solidum actionis intentandae fundamentum subministraret. Si uel maxime igitur actio aduersus aemulatorem ad nullam earum, quae ob delicta priuata conceduntur, posset referri, nec quicquam tamen illa subsisteret. Quem enim iuris romani peritum latet, actionem non omnem ex facto licito uel illicito nasci, sed nonnullas a lege dari. uid. l.un. d. condit. ex Lege. & l.i. pr. d. O. & A. Neque tamen eo inficias, aemulationem aedificantium sub damno iniuria, siue sine iure dato opportune posse comprehendendi. Adeoque conditio illa ex lege suo loco laudata simillima est actionis in factum subsidariae, de qua Tribonianus docet §. ult. I. d. L. Aquil. quod quando non sufficit neque directa neque utilis L. Aquiliae actio, placuerit legislatoribus, eum, qui ob damnum iniuria datum obnoxius fuerit, in factum actione teneri. Nam quemadmodum accurate ad hunc locum in Analectis LYNKERVS notauit, quoties delictum innominatum reperitur, quod certain speciem non habet,

D

bet,

bet, tories actio in factum institui potest. Idem alibi in Analestis ad STRVVIVM Lib. XIX. π. T. 5. th. 23. totam de actionibus in factum doctrinam more suo egregie illustrat.

XIII

Enimvero §. XIII. XIV. in contrarium opponuntur l. 55. & 57. d. R. I. quibus remouetur doli suspicio ab eo, qui iure suo utitur, & nemo damnum facere dicatur, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet. quod pro iuris naturae axiomate merito reputatur. Sed id accipiendum est de casu, quo quis in suo promouere commoda sua nititur, et si inde emergat incommodum vicino. hoc loco autem sermo est de aedificante qui nulla habita ratione utilitatis suae, alterius duntaxat laesioinem quaerit & intendit. quem improbitatis accusant leges, eamque coerceri cupiunt. Neque iuuat regerere §. XVI. confundi officia humanitatis & iustitiae, quia sub initium huius exercitationis explicatum est, quod talis malitia, ad solam laesioinem directa, ius alteri perfectum largiatur, damnum imminens auertendi. l. 3. d. I. & I. Fac etiam concedamus, peccari saltem contra officia humanitatis; sufficit, quod leges dederint facultatem aemulationem prohibendi. Iuste autem leges actionem hanc dare potuisse, uix cum ratione potest dubitari, quia saepe contingit, ut ob publicam utilitatem, ius imperfectum in perfectum debeat commutari. Veluti cum lege lata, ut pauperibus cuiusque loci, collatis singulorum symbolis, succurratur, inhumani & immisericordes ad eleemosynam erogandam coguntur. uid.

Man-

Mandatum Regium de pauperibus alienis A. cl. locc xxix.
D. V. April. promulgatum, artic. VI.

XIV

Quae deinceps circa classem secundam in saepe memorata dissertatione §. XVII. monentur, & ZIEGLERI d. I. Maiest. Lib. I. c. XXXV. testimonii illustrantur, illis utpote certissimis iubens subseribo. Errant omnino uetusiores quidam iuris interpretes, quando praepostero legum, aedificationem ad aemulationem damnantium, argumenta ampliandi studio, eo usque processerunt, ut in utilissimorum operum exstructione tale uitium committi posse assererent, ideoque castrum uel molendinum ad aemulationem positum fingerent, & dolum contra ipsam legum prohibitionem praesumerent. *I. 51. pr. pro socio.* constat enim, etiam leuem causam a dolo excusare. *I. 12. §. 3. d. liberal. caus.* Ne quid de eo dicam, quod doctores illi, causas iuris publici, ad quas munimentorum exstructio referenda est, ex interpretatione iuris priuati decidi posse perperam existimauerint, conf. Praesid. Instit. I. N. & G. c. XII. Sect. I. §. 36.

XV

Verum id in primis agendum nobis est, ut dubitaciones, quae aemulationem propriæ diætam premere dicuntur, diluamus. Scilicet, quod aedificatio ad aemulationem, quando aedificans nullam uel exiguum utilitatem, uicinus uero inde magnum damnum sentit, nullo iure humano prohibetur, sic euidenter probari V. C. §. XXVI. sq. arbitratur. Quia, si seruitus constituta non sit, licet uicino lumina obscurare, & ita eius utilitatem

minuere. *I. 4. & 9. d. S. P. V.* ubi Vlpianus perspicue docet, quod cum eo, qui tollendo obscurat vicini aedes, quibus non seruiat, nulla competitatio. & generatim, quod nemo prohibeatur altius tollere, nisi domus seruitute in debeat. *I. 26. d. damn. inf.* Ast iterum uidetur recedi a limitibus classis tertiae, de qua §. VII. diss. cit. dictum erat, quod contineat conditionem, ut aedificium nullam praebat aedificanti utilitatem uel necessitatem, sed *solum dannum det vicino*. Talis operis fabricae leges laudatae minime fauent, loquuntur enim de utili amplificatione altitudinis aedium, sed aemulatio proprie dicta omnem utilitatem excludit. Diuersa igitur est ratio iure suo utentis & abutentis. Quemadmodum laude digna est, quae in operum publicorum exstructione exercetur liberalitas, modo aemulationis turpe uitium caueatur. *I. 3. d. oper. publ.* Similiter leges domino rei suae moderamen & arbitrium merito permittunt *I. 21. C. mandati. I. 120. d. V. S. I. 9. d. act. rer. amor.* & tamen quando usus in turpem abusum degenerat, ob salutem publicam, facultatem circa res & earum alienationem varie restringunt. *§. 2. I. d. bis qui sui uel. al. iur. sunt. & I. 2. eod. I. 1. d. cura- tor. furios.*

XVI

Argumentum quod ducitur ex *I. 10. d. S. P. V.* haud magni est momenti. Permittit nempe Marcellus, ut eo casu, quando qui binas aedes habet, & alteras legavit, heres possit altius tollendo aedes hereditarias, obscurare lumina aedium legatarum, ita tamen, ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in usus diurni moderatione. Idem est, si quis alteri aedes, alteri aliarum usumfructum lega-

legauerit. Hinc colligitur §. XXVII. quod alii domini, in quibus non est eadem ratio exceptionis a regula, id possint. At nihil impedit, quominus hanc ratiocinationem lubentissime admittamus. Plane enim perspicuum est, testatorem tacitam legato suo adiecissem conditionem, ut aedes ad habitationem aptae ab herede praestentur, adeoque prohibuisse, ne omnia earum lumina obscurerentur. *l. 30. d. usfr.* Fac igitur, posse alium, qui plenum domus suae dominium habet, vicini luminibus officere, requiritur tamen, ut id faciat necessitate uel utilitate aedui suarum adductus, non ad aemulationem, cui, ut laius ante ostendimus, leges minime patrocinantur.

XVII

Nec idoneum fundamentum firmandae dissentientis opinioni praeberet *l. ult. §. ult. C. d. seruir. & aqu. ubi Iustinianus peculiarem constitutionem ad utilitatem praediorum rusticorum proponit. Cum, ait, apertissimi iuris est, fructus aridos conculcatione, quae in area sit, suam naturam & utilitatem ostendere, aliquis uicinum suum uetebat, ita aedificium extollere, iuxta aream suam, ut uentus excluderetur, & paleae ex huiusmodi obstaculis secerni a frugibus non possent, quasi uetito uento suam uim per omnia loça inferre, ex huiusmodi aedificatione, cum secundum situm regionis & auxilium uenti aream, accedit. Quapropter sancit imperator, nemini licere sic aedificare, ut idoneum & sufficientem uentum ad praefatum opus infringat, & inutilem domino aream & fructuum inutilitatem faciat. Hinc infertur, quod ante Iustinianum cuilibet licuerit, aedificio suo uentum uicini areae intercipere, nec unquam potuerit eiusmodi aedificium impediri, sub praetextu, ac si alter aedificaret*

ad aemulationem. Verum plane diuersa est huius legis & earum, quae aemulationem improbant, ratio. Hoc loco enim singulare praediis rusticis priuilegium conceditur, ut et si quis aedificium suae utilitatis causa exstruere uelit, tamen tum id facere non possit, quando uentum separandis a frumento paleis, necessarium uel utilem auertit. Minime ergo inde consequitur, quod ante hanc legem latam fas fuerit aedificium prorsus inutile, ad aemulationem possessoris praedii rustici fabricare. Muito minus hinc argumentum duci potest ad excusandam aemulationem, quibus praediis urbanis nocetur. Ceterum uberioris declarationis causa addam uerba L. IVNII COLVMELLAE de re rustica Lib. II. c. 21. p. 211. ed. Commelin. *At, inquit, ubi paleis immista sunt frumenta, uento separentur. ad eam rem Fa- uonius habet eximius, qui lenis aequalisque aestiuis mensibus perflat. Quem rumen opperiri lenti est agricultae, quia dum expectatur sacra nos hiems deprehendit. Itaque in area detrita frumenta sic sunt aggerenda, ut omni flatu possint excerni. at si compluribus diebus undique silebit aura, uannis expurgentur, ne post nimiam uentorum segnitatem nostra tempestas irritum faciat rotius anni laborem.*

XVIII

Quae porro §. XXIX - XXXI. aduersus classem quartam aemulationis, ubi quis ex aedificio quaerit solum uoluptatem, qua uicino quidem nullum damnum, sed tantum incommodum procreat, in medium afferuntur, ea quidem ualent ad redarguendas immodicas pragmaticorum quorundam exterorum ampliations, a quibus sub initium huius commentationis cauendum esse

esse dixi, omnemque hanc ambiguitatem, formata ad legum & praestantissimorum interpretum mentem definitione sustuli. Neque enim ob incommodum quaecunque & molestiam, quae nouo opere alicui procreatur, sed propter damnum notabile, quod infertur, remedium laeso concedendum esse existimau. Viciissim tamen ex contraria parte, si aedificans causetur, a se uoluptatem pro utilitate haberi, necessarium omnino est, ut iudex, instituta causae cognitione arbitretur, quo usque hic color obtentusque ualere & admitti possit.

XIX

Superest, ut uideamus, quomodo a dissentiente extinguantur confutenturque rationes, quibus aemulationis aedificantium prohibitus demonstrari uel illustrari solet. Legem III. d. oper. publ. ita V. C. §. XXXIV. interpretatur, ut existimet, ibi uetari saltem operis noui & publici exstructionem, quae fit ad imitationem sive aemulationem, eo fine ut hoc opus superet aliud vicinae ciuitatis, nisi speciatim Princeps consentiat. Vnde sequi putat, non absolute prohiberi aedifica ad aemulationem, & pragmaticos duplē in argumentando errorem commisisse. 1) Dum ab operibus publicis rationem transulerunt ad priuata, 2) & a prohibita aedificatione sine speciali principis consensu argumentati sunt ad aedificationem omnino prohibitam. Verum haec nondum me permouere possunt, ut missam faciam interpretationem legis, supra §. IV. propositam. Sola enim imitatio operis publici vicinae ciuitatis insons est, & reprehensionem minime meretur. Ergo oportet patuamus, uetitum lege fuisse opus eiusmodi, quod in-

epte

eppe sine usu & fine, componitur, & iustum exterorum indignationem concitare, odiumque & opprobrium ciuitati, & gubernatoribus eiusdem parere potest. Quodsi hinc argumentum petatur ad cohibendam aemulationem in operibus priuatis, non penitus idem specie carabit, modo, uti suo loco factum est, restringatur ad aedificium tale, quod inutile auctori suo, & aliis non tantum molestum sed etiam damnosum est. Interim cum supra explicatum sit, dari testimonia multo cliora, non opus est, ut praesenti unice inhaereamus, uel idem pro praecipuo, uti V. C. nunc facere uidetur, ueniditemus, sed potius hoc ex ipsis magis magisque illustrari debet. Verba autem, sine principis auctoritate, nequaquam probant, posse opus ad aemulationem spectans a principe permitti, siquidem maleficiis, salua offici, quod gerit sanctitate, is qui populo cum potestate praefest, patrocinari nequit, quemadmodum, quod statim sequentia uerba docent, princeps nunquam auctoritate sua defendet opera, quae materiam seditionis praebent. Ita enim Macer iureconsultus, illius legis auctor, loquitur: *opus nouum priuato etiam sine principis auctoritate facere licet, prueterquam si ad aemulationem alterius ciuitatis pertineat, uel materiam seditionis praebeat.* &c.

XX

Sequitur §. XXXVII. XXXVIII. examen legis 38. d.R. V. contra quam obiicitur, quod eius uerba captentur, & in alium plane sensum torqueantur, quando inde aduersus aemulationem prohibitio elicetur. Sermonem esse de R. V. ubi, postquam dominus aedes suas vindicauit a possessore non domino, huic permittitur, ut possit impensas uoluptuarias tollere, sed si tolli nequeunt, corra-

corrasio tectorii & picturarum uetatur. Neque actio-
nem eo casu dari aduersus corradentem, qualem tamen
pragmatici aduersus aemulatorem concesserunt. Dif-
ferre etiam corradentem ab aemulatore. illum in rem
alienam sibi ius sumere, eamque deteriorem, sine lucro
tamen suo, reddere, hunc autem aedificare in suo, &
iure suo uti, parum quidem humane, sed non malitiose.
Verum neque hi scrupuli magni ponderis uidentur. (1)
Similitudo enim rationis in promptu est, & longa expli-
catione non eget. aemulator, qui nocet alii & nihil
lucratur, simillimus est corradentis picturas, quas, dum
tollere nequit, inuidet suo successori. quin ille hoc ma-
iorem adhuc malitiam, effrenatioremque inuidiam, pro-
dit, quia impensam facit ad iniquum opus fabricandum,
cum corradens sine labore & sumtu damnum inferat.
(2) Quod actio competat aduersus corradentem ad da-
mnum resarcendum, nullum plane est dubium. non
solum enim una per legis interdictionem, cum iure per-
fecto, quod ita laeso firmatur, conceditur, rubr. & luzz.
d. condit. ex L. sed continetur etiam corrosio sub capite
tertio L. Aquiliae, a quo omne damnum in re, quae a-
nima caret, per iniuriam, siue culpa doloue rumpendo,
frangendo, diruendo, datum, vindicatur. §. 13. I. d. L.
Aquil. conf. §. 3. ib. §. 1. 27. §. 13. 31. ad L. Aquil. (3) Quod
attinet ad discrimen inter corradentem & aemulatorem,
in quo dissentiens causae suea praefidium quaerit, illud
partim paulo ante sublatum est. Vterque nocet realie-
nae, uterque noxia sua nihil lucratur. Gradu differt
improbitas, quae in aemulatore, quemadmodum dixi,
maior est. Quin etiam damnum hic maius occurrit,
quando luminibus conclavium proterue obscuratis,
haec ad habitationem prorsus inepta efficiuntur. Quod
E uero

uero non solum inhumane agat aemulator, sed etiam malitiose, suo loco latius est expositum.

XXI

In Nouella LXIII. cap.I. inesse admodum perspicuum contra aemulatoros sanctionem supra docui, & hoc argumentum ceteris anteferendum putaui, quia diserte prohibetur *lusus in aedificando*, & ne quis propter uicini laesionem inutiles parieres uel machinationes construat, tumque additur, ut aedifica necessaria & ineuitabilia quis faciat. Nihilotamen minus etiam hic nodum reperit dissentiens, occinitque, diuersissima confundi capita; in nouella malitiosas uocari machinationes, quae fiunt in fraudem legis prohibentis, qualis contra aemulationem non extet. At enim uero cum non uno legis arguento prohibeamur damnum inferre ex proteruia, nondum uidetur concedendum, aemulationem legi haud esse contrariam. Deinde allata constitutionis uerba generalem utique regulam praescribunt; nam prior lex illusionis eiusmodi non meminerat, postquam uero improbus quidam uicinus talem fraudem excogitauerat & commiserat, noua ab imperatore lex promulgatur, cuius haec est sententia, iniqua opera, quae auctori inutilia sunt, & ad laesionem uicini tendunt, ferenda non esse. Hanc interpres ob similitudinem rationis ad aedifica ad aemulationem posita rectissime traducunt, siquidem etiam haec inutilia sunt, & ad uicum laedendum spectant.

XXII

XXII

Grauissima reprehensio remedii, de quo differimus, legitur in §. XLI. sq. Nam inter uera non entia moralia actio forensis aduersus aemulatorem numeratur, quae prorsus existere non possit, propterea, quia licet pragmaticorum opinioni lex publica accederet, & daret actionem uicinis contra aedificantem ad aemulationem, tamen illa lex non maiorem effectum habitura creditur, quam haec tenus habuit opinio communis doctorum. Non posset enim (1) talis actio ad certem classem actionum referri, (2) nec unquam deficeret exceptio actionem elidens, neque (3) actori nullum remedium competenter, fundamentum suae actionis probandi. Sed neque hae difficultates inseparabiles uidentur. (1) De classe actionum sub qua contineatur remedium aduersus aemulationem, frustra dubitatur, postquam constat de perspicua legis prohibitione, quam hic denuo ostendere nihil attinet. & de actionibus remedio laudato affinibus iam dixi §. VI. VII. XII. Quod uero additur in d. diss. §. XLII. operis noui nunciationem nemini competere, nisi habeat ius in re, in aedificio nouo, quod extruitur, id non omnino liquet. Nam in l. 1. §. 19. ib. quae requirit, ut res ad eum, qui n. o. nunciare cupit, pertineat, res illa intelligitur, cui iniquo opere nocetur, non ipsum aedificium nouum. Ideoque l. 3. §. 3. ib. permittitur utilis, o. n. n. superficie.

ciario, ratione dominii utilis. add. l. 5. §. 18. ib. & l. un.
§. 3. d. remiss. &c. de definitio Sexti Pedii supra §. 7.
actum, & quomodo o. n. n. ob aemulationem locum
habeat explicatum est. (2) Quamvis autem quisque
praeuideat, reum in exceptione, *se iure suo uti*, mox praefidium
collocaturum esse, tamen in probatione eiusdem
deficiet. Lex enim, quae uerat opus inutile in alterius
damnum fieri, regulam illam temperat & interpretatur,
atque ita reo hoc argumentum eripit. Dum porro asseritur,
principem, qui lege speciali actionem aduersus
aemulatorem firmat, tollere omnia principia de natura
dominii & seruitutum, id peruellem, ut luculentius
fuisset probatum. Antea V. C. fassus est, peccare aemulatorem
aduersus charitatem & humanitatem, sed extra
controversiam puto, posse principem, habita utilitatis publicae
ratione, iubere, ut quaedam officia humanitatis necessario
praestentur, uid. supr. §. XIII. quo facto, aduersus
eum, qui obsequi tali constitutioni detrectat, ex lege agere
omnino licet. De dominii facultate palam est,
eam a rectoribus ciuitatum ob salutem communem multifariam
contrahi & limitari, ut tum circa usum, tum
circa alienationem rerum propriarum saepe numero
dominus non possit prout libet uersari. Neque ullam
tales iniquitatem habent, quia solido hoc nituntur
fundamento, quod salutem publicam ciues etiam cum
incommodo & detimento suo promouere tenentur,
quod si sponte non faciant, auctoritate imperii merito
ad officium faciendum compelluntur. Nec perturbatur
tali sanctione natura seruitutum. seruitus enim est
ius in re aliena constitutum, quo alterius utilitas minuitur,
alterius augetur, dum quis in suo aliquid uel pati
uel

uel non facere tenetur. *L. 3. d. seruitur.* At si quis patiatur fenestras in suam aream conuersas, quae non nocent, & solum lumen & aerem admittunt, nulla ipsius praedio seruitus imposita est, idemque facultatem retinet, ex area sua omnem interim utilitatem percipiendi, & si ita uisum fuerit, aedificium etiam sibi utile erigendi. (3) Quod ad probationem aemulationis attinet, quia de illa singularem disquisitionem laudatae exercitationis auctor instituit, etiam hanc separatim perillustrare animus est.

XXIII

Scilicet §. XLV. ponderantur momenta, quibus pragmatici aemulationis probationem absolui posse putarunt. Sed qui haec leget, forsitan minime dubitabit, hic causae suae scriptorem inseruisse. Siquidem enumerantur rationes tantum imbecilles, & conjecturae, quibus interpres, qui aemulationis prohibitionem ultra modum extendunt, delectantur, & perpetuo permiscentur notiones aemulationis, quae proprio uel impropio sensu accipitur, quin etiam causae prorsus diueriae, quando contra seruitutem constitutam opus fabricatur, hoc transferuntur. Argumentum primum, quo probatur aemulatio, quando structura noua non est necessaria, aut quando nullam aut satis exiguum affert utilitatem, infidiasque fuerit, & uno uerbo uicino magnum affert damnum,

E. 3 non

non memini me apud ullum iureconsultum sic instructum obuiam habuisse. Si alicubi occurrat, suo auctori tuendum relinquemus. Aemulatio uera ex inutili opere cum damno vicini coniuncto cognoscitur. ergo utrumque planum actor reddere debet. quem in finem tale opus, ueluti contabulationem uel parietem inanem pro luminibus obscurandis, fieri uel iam absolutum esse, testibus comprobabit, uel oculari inspectione demonstrabit, addet insuper indicia alia de animo nocendi aedificantis, si qua suppetunt, atque sic fidem faciet iudici, delinquere contra naturalem ciuilemque legem, seque opem auxiliumque magistratus iure meritoque efflagitare. At regeritur, §. XLVI. non posse ostendi, aedificantem nullam percipere ex opere suo utilitatem. si utilitatis loco ille prospectum in loca amoena habeat, uel impedire saltem uelit, ne alii in aedes uel aream suam liberius introspiciant. Demus igitur ex prospectu capi aliquam uoluptatem, & hanc pro utilitate reputari, adeoque casum primum extra aemulationem poni, superest tamen alter, in quo inuidia uix occultabitur. Nam si quis per fenestras lumen tantum innoxium hauriat, si prospectu, uel omnino non, uel ciuiliter *l.g.* d. seruit. utatur, ut de incommodo uicinus conquerri haud possit, & tamen hic etiam haec lumina ferre nolit, parietem sine utilitate ipsis opponat, conclaviaque inutilia efficere haud uereatur, quis est, qui inde inuidiam improbitatemque non colligat, & dubitet, utrum tali malitiae occurrentum sit legibus, & magistratus prohibitione, ad tuendam utilitatem aedi-

aedificiorum, quorum magnus semper in republica bene constituta fauor est, & ad cauendum auerendumque damnum, quod possessori illarum aedium, praeter spem atque opinionem paratur. Altera aemulationis praesumtio inde desumi dicitur, si quis fenestras aperiat uersus aream uicini, quas aequiter utiliter & commode in alia parte citra iniuriam & praeiudicium uicini facere potuisset: Sed neque haec ad nostram i de aemulatione assertionem comprobandam idonea est, quia non de molestia, quam prospectus liberior nonnullis parit, sed de damno, quod iniquo opere praeter necessitatem datur, loquimur. Idem repono ad praesumtionem III. IV. V. probatio sexta pertinet ad feruitutem iam constitutam, quae, uti ipse dissentiens monet, non est huius loci. Septima iterum commoditatis imminutae coniectura nititur, quam ante ob eam ipsam causam reiecumus. Octaua uero usum habet, ad elendam rei, ad ius suum prouocantis, exceptionem, dum ostenditur, eum contra ius aedificium exstruxisse. Quae ulterius afferuntur de probationis administriculis, eadem ex paulo ante dictis facile diuidcantur.

XXIV

Atque haec sunt, quae de remedio aduersus aedificantem ex aemulatione differere uisum fuit.

Opinor

Opinor autem, me, rationibus sub principium explicatis, atque ex ipsis iurium fontibus de promis, tum illius actionis existentiam, tum etiam usum, legum & interpretum praestantissimorum placitis conformem commonstrasse. remotis accessionibus partim dubiis, partim omnino falsis, & a legislatorum mente alienis. In reliquis, ubi dissentientium opiniones expendi, quia, ut decet, ueritatis uberiorum declarationem, tanquam finem unicum propositum habui, temperatum dicendi genus diligenter consecutus sum. Ceterum quaecunque nunc de arguento, discrepantibus doctorum sententiis varie impliato obscuratoque, attuli, ea omnia, ut par est, aequi lectoris iudicio discussionique lubens merito- que permitto.

COROLLARIA.

I. *Vt servitus altius tollendi locum habeat, requiritur uel lex, qua cauetur, ne alicui, inuito uicino, certum aedificii modum superare liceat. conf. l. 17. d. S. P. V. & notata ad eius uberiorum explicationem a Magnif. Dn. LEYSERO Meditat. ad Pand. Vol. VIIl. p. 243. Vel oportet ut ita conuenerit inter dominum praedii dominantis & servientis, ut hic illius altius aedificantis utilitatem contra aedificando non possit impedire.*

II.

II. Seruitus, ne luminibus officiatur, amplior est
seruitute altius non tollendi. nam lumina et
iam arboribus positis obscurantur. l. 17. d. S. P.
V. Nec aduersatur l. 4. ib. quae tantum uni-
cum modum, quo lumen minuitur, commemo-
rat. Interim tamen utramque seruitutem
eandem esse, nec alteram ab altera differre
CVIACIVS XVII. Obs. XXXV. arbitratur.

III. Seuerioris sententiae aduersus Petronam,
qui opus iniquum contra ius seruitutis ne lumi-
nibus officiatur, exerat, ab imperatore ori-
entis Theophilo latae exemplum Io. ZONA-
RAS Annalium Tomo III. f. m. 146. habet.
Narrat nempe imperatorem primum iussisse,
ut damnum resarciretur uiduae, de iuriaria
Petronae conquerenti. quod cum hic non fecis-
set, & fraude aliqua mandati iussissimi auto-
ritatem eludere ueritus non esset, imperator
eundem, ut publice uerberibus caederetur, &
opus nouum destrueret, condemnauit, praeter-
eaque materiam & solum ipsum mulieri addixit.
Nec repugnat huic decisioni l. 5. C. d. seruit.
& aqua. qua cauetur, ut opus contra seruitutem
factum ad pristinam formam reuocetur, habita
etiam damni ratione, siquidem Petronas non
tantum ob aedificationem illicitam, sed etiam
ob contumaciam, & falsi crimen duriore fuit
poena affectus.

ARGVMENTVM DISSERTATIONIS

Praefatio de legibus aedificiorum
generatim.

- I. Definitio aemulationis sensu proprio acceptae.
- II. De aemulatione iure naturali prohibita.
- III. Consensus legum ciuilium cum iure naturali.
- IV. Argumentum ex l. 3. d. oper. publ. contra aedificationem ex aemulatione ductum. illiusque legis interpretatio.
- V. Rationes ex aliis legibus desumptae expenduntur.
- VI. De condicione ex lege aduersus aemulatorem.
- VII. De usu noui operis nunciationis ad impedientiam aedificantium aemulationem.
- VIII. An actio dolii cum remedio aduersus aemulatorem conueniat.
- IX. De

- IX. *De probatione aemulationis legibus singularibus confirmata.*
- X. *Dubitaciones Molinae circa doctrinam iuris civilis & interpretum eius, quod ad aemulationem attinet.*
- XI. *Dubitaciones recentioris cuiusdam iurisconsulti, & examen classium aemulationis quas idem constituit.*
- XII. XIII. *Dubitaciones quaedam eiusdem auctoris generales sublatae.*
- XIV. *De nimia sanctionum aduersus aemulationem ampliatione.*
- XV. *Objectionis ex l. 4. & q. d. S. P. V. petitio solutio.*
- XVI. *item explicatio l. 10. eod. tit.*
- XVII. *Ratio incongrua ex l. ult. C. d. seruit. & aqu. confutata.*
- XVIII. *Reiecta aemulationis species ad classem quartam relata.*
- XIX. *Examen responsenum, quas ad argumenta pro sententia aiente supra allata, idem auctor*

*Ego proposuit. & sigillatim de scrupulis in
L. 3. d. oper. publ. repertis.*


XX. *De iis qui in l. 38. d. R. V. occurrere di-
cuntur.*


XXI. *De obiectionibus aduersus argumentum ex
Nou. LXIII.*

XXII. *An remedium aduersus aedificationem ex
aemulatione sit non ens.*

XXIII. *De scrupulis qui circa probationem ae-
mulationis mouentur.*

XXIV. *Epilogus.*





Wittenberg, Diss., 1732

ULB Halle
004 574 621

3



Ms. 107 Schriftgut

Farbkarte #13



B.I.G.
Black
White
3/Color
Red
Magenta
Yellow
Green
Cyan
Blue

